

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum**

**Weitz, Johann**

**Noribergae, 1623**

Ad lib. I.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131303)



DE GUBERNATIONE  
DEI.

Ad præfationem.

Pag. 2.



**N**os autem qui rerum Res Verborum  
nitore potio  
res.  
magis quam verborum amato-  
res. ) *Manlius:*

*Ornari res ipsa negat, cõtenta doceri.*

*Porro ut Salavianus, ita & Herodianus in proe-  
mio sua historia eos perstringit scriptores, qui mi-  
nus multam in rerum & veri peruestigatione  
quam in exornanda componendaque ora-  
tione industriam posuerint.*

AD LIB. I.

*Pag. 4. Pythagoras Philosophus) De huius Pythagora  
habitu, moribus & præceptis præter alios A.  
Politianus in Lamia, & Rittershusius noster No-  
tus ad Porphyrium seu Malchum de vita Pytha-  
gora.*

Ex

*Ejusdē dog-*  
*na.* Ex quo omnia animalia, quæ nascuntur,  
vitam capiunt.) *Ad illud Pythagoræ dogma utiq;*  
*respectu Boëth. l. 3. de consolat. ita canens:*

Tu causis animas paribus, vitasq; minores  
Provehis, & levibus sublimis curribus aptans,  
In coelum, terramq; seris, &c.

*Pagin. 6. Epicurizantium deliramenta.)*  
*Nilil rectius hac lectione. Ita Rutilius in Itinera-*  
*rio de Judæis.*

Cætera mendacis deliramenta catastæ,  
Nec pueros omnes credere posse reor.

*.Corn. Ru-*  
*nius cur se-*  
*ctus motus.* *Pag. 10. Patricium hominem, quod usq; ad*  
*decem argenti libras) Fuit is Pub. Cor. Rufinus,*  
*quem Cic. lib. 2. de Orat. avarum quidem & fu-*  
*racem; sed strenuum & bonum Imperatorem ait*  
*existisse. De hoc Epit. Liv. cap. 24. Fabricius Cen-*  
*sor Pub. Cornel. Rufinum Consularem Sena-*  
*tu movit, quod decem argenti pondo facti*  
*haberet. Alioqui testatur Agellius, eundem bis*  
*Consulatum & Dictaturam functum tunc, cum à Fa-*  
*bricio censoria gravitate fuit damnatus. Alia vid.*  
*in not. 7. Lipsii ad Senec. de vita beata c. 21.*

*mundi pul-*  
*itudo.* *Pag. 15. Pulcherrimum mundi opus) Boëth.*  
*lib. 3. de consolat.*

----- pulcrum pulcherrimus ipse  
Mundum mente gerens -----

*ad quem locum vide quæ ex Laërt. & Apulejo ob-*  
*servavimus.*

*alia.* *Pag. 27. Feralissimum nefas) hoc est, morte*  
*piandum, ut ait Juvenal. Adeo deprehendimus*  
*pas-*

passim ex scriptis Salviani, non saltem illa feralia  
fuisse vocata, quae ad curas, ritus & officia, quae  
mortuis impendebantur, pertinuerunt, de qui-  
bus Jacob. Revard. lib. 5. varior. cap. 3. M. Ant.  
Delrio in advers. ad Senec. Herc. Furent. v. 1245.  
Verum etiam crimina & scelera quae penam san-  
guinis irrogantia efficiebant, ut homines malefici  
& nefarii novâ pompâ morti ducerentur.

## AD LIB. II.

Pag. 42. Sed cogitat de imperitoribus for-  
te aliquis, si sic aguntur.) Ex mente & opinio-  
ne eorundem imperuorum ut Boëthius libro 1. de  
consolat. Imperitio- rum de pro-  
sidentia De  
opinio.

Omnia certo sine gubernans  
Hominum solos respicis actus.  
Merito rector cohibere modo.  
Nam cur tantas lubrica versat  
Fortuna vices? premit infontes  
Debita sceleri noxia poena:  
At perverfi resident celsio  
Mores folio, sancta q; calcant  
Injustâ vice colla nocentes.  
Latet obscuris condita virtus  
Clara tenebris, justusq; tulit.  
Crimen iniqui.

Pag. 50. In crucem non manu factam.) Ita  
elegantè vocat quercum, de cuius ramo Absa-  
loms pependit.

Pag. 53. Thamar Ammonis furore corrumpitur  
Furore cor-  
pitur rumpi.